Universitätsbibliothek Paderborn

De Ss. Martyrvm Crvciatibvs Antonii Gallonii Rom. Congregationis Oratorii Presbyteri Liber

Gallonio, Antonio

Romae, 1594

Christophori Castelletti Presbyteri Rom. In Tormenta Sanctorvm Martyrvm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10704

Visual Library

CHRISTOPHORI CASTELLETTI PRESBYTERI ROM.

IN TORMENTA SANCTORVM MARTYRVM.

Regibus indomitis quondam, partiſq. triumphis
Se iactet vero gens inimica Deo.
Nos iuuat imbelles in pulchro vulnere vitam
Fundere: ſunt ſæuæ gloria noſtra neces.
Illi apices, trabeas, faſces, diademata, lauros,
Et clara a patribus ſtemmata ducta canant.
Nos laqueos, fuſtes, lapidum oſtentabimus imbres,
Igniferas crates, tela cruenta, faces.
Illinc vanus honor, breuis, & quem proterit hora;
Hinc oritur ſolidum, perpetuumq. decus.
O vtinam rutilis, quibus hic pia lumina paſcis,
Gemmis noſtra olim tempora vincta micent.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

SOLI DEO HONOR ET GLORIA